

CALL., AET. III, FR. 85, 9.

De hoc carmine scripsi in "Prometheo" 2, 1976, 145 - 150; nunc in v. 9 pro ἔθηκε [πόλις] quod dubitanter supplevit Pfeiffer, propono ὕλη: ἦν δ' ἀπὸ [χαλκοῦ / εἰκόν]α σὴν αὐτῇ Λοκρὶς ἔθηκε[ν ὕλη], quod et cum litterarum vestigiis — haec "in π vel η quadrare videntur" (Lobel) — et cum sententia optime convenit. Nam antea omnes Euthycli victori plauserant (cf. Plat., Lys. 205 c ἃ δὲ ἡ πόλις ὕλη ἄδει περὶ Δημοκράτους, Men., Ep. 408 sq. Kō.= fr. 882 Kock ἡ πόλις / ὕλη γὰρ ἄδει τὸ κακόν); postea — tanta est plebis mobilitas — omnes (v. 8 πάντες) eum damnaverunt. Nomen autem regionis plerumque est ἡ Λοκρὶς (Thuc. 3, 99. 103, 3; Polyb. I 56, 3; Strab. 6, 259; Diod. XIV 100, 2); sed ipsius urbis interdum nomen est, ut apud Platonem (Tim. 20 A) et saepius apud posteriores aetate scriptores.

ADHELMUS BARIGAZZI